

CAROLI LINNÆI

EQUITIS DE STELLA POLARI,

ARCHIATRI REGII, MED. & BOTAN. PROFESS. UPSAL.;

ACAD. UPSAL. HOLMENS. PETROPOL. BEROL. IMPER.

LOND. MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOC.

SYSTEMA
NATURÆ

PER

REGNA TRIA NATURÆ,

SECUNDUM

CLASSES, ORDINES,
GENERA, SPECIES,

CUM

CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS,
SYNONYMIS, LOCIS.

TOMUS I.

EDITIO DECIMA, REFORMATA.

Cum Privilegio S:æ R:æ M:tis Sveciæ.

HOLMIÆ,

IMPENSIS DIRECT. LAURENTII SALVII,

1758.

V. GLIRES.

*Dentes Primores bini supra & infra, a
molaribus remoti.*

Laniarii nulli.

22. RHINOCEROS. *Dentes Primores II.*
Cornu naso insidens.

unicor-
nis.

1. R. cornu unico conico. *Syst. nat. II. n. 1.*
Rhinoceros. Jonst. quadr. 98. t. 38. Bont. jav. 50
t. 51. Bergen. orat. 1746. t. 1. Gesn. quadr. 842
Aldr. bisulc. 878.

Habitat in Africa, India, cæno se volutans, victitan
vepretibus.

Statura prioris fere Elephantis.

Cornu in rostro, solidum, recurvum, perpetuum, conicum.

Labium superius acuminatum aduncum.

Oculi & Aures parvæ.

Cutis nuda. Rugæ transversales: 1. Capitis postica. 2.
Scapularis: 3. Abdominalis ante femora. 4. Femora-
lis trans femora. Ungulæ tres.

Cauda attenuata pedibus brevior.

Animal mite, ni laceffetur, tum arbores fragore pro-
sternit, cornu ejicit omnia.

Quantus erat cornu, cui pila Taurus erat. Martialis.

bicornis. 2. R. cornibus duobus cuneiformibus. *Syst. nat. II. n. 2.*
Habitat in India. Kolbius, Jacobæus, Schroeckius.
Species obscura, cranium tantum cum cornibus duobus
compressis altero minori supra alterum nobis visum.

23. HYSTRIX. *Dentes Primores II oblique scis-*
si. (Raj.)

Molares octo.

Corpus spinis tectum.

cristata. 1. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, capite
cristato, cauda abbreviata. *Syst. nat. 9. n. 1.*